



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis  
vitae Christianæ**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, 1577**

**VD16 D 1959**

De triplici motiuo contemptus mundi in generali 9.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60177)

H.  
aristi  
Deus,  
ho-  
ni-  
bile  
tam  
cum  
E l,  
n illc  
con-  
adu-  
in-  
ian-  
unt,  
nte,  
nū;  
nti-  
om.  
ea-  
sci-  
vti  
nt.  
lo-  
est  
inc  
am  
im  
to  
ras  
li-  
DE ARCTA VIA SALV. 301  
iniquorum. Porrò in huius processu  
opusculi principaliter loqui intendo,  
de contemptu mudi, secundo modo,  
prout s. statum perfectionis, obserua-  
tiām qz consiliorum concernit. Inter-  
dum tamen aliqua introducam de  
mundi contemptu, primo modo ac-  
cepto, prout est de necessitate salutis,  
& obseruantia p̄ceptorum.

*De triplici motiuo contemptus mundi  
in generali. Articul. IX.*

**P**ars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expetabo eum. Bonus est Dominus sperantibus in eum, anima quærenti illum. Quemadmodum ait scriptura. Funiculus triplex Thren. 3. Ecles. 4. difficile rumpitur. Triplici ergo motiuo, tripartitaque via mons: andum est, quam sanctum, diuinum ac meritorum: quam salubre, nobile, expeditusque sit, mundum & ea quæ mundi sunt, perfecte contemnere. Quædam ergo rationes motiuae, seu viæ huius beati contemptus sumuntur ex parte Dei, quædam ex parte nostri, & quædam ex parte mundi. De quibus seria-

n 7. tim

302 D. DIONYS. CARTH.

*Quae induc-* tim ac ordinate tractandum est. Itaq*s*  
*re nos debe-* ex parte Dei ad mundi contemptum  
*ant ad odium* nos inducere debet. Primo, amor &  
*mundi.*

bonitas Dei gloriosi & benedicti. Se-  
cudo, zelus diuini honoris, hoc est in-  
gens affectio honoradi Deū perfecte,  
quantum possibile est. Tertio, exhibi-  
tio beneficiorum ipsius Dei. Quarto,  
cōsideratio promissorū eius. Quinto,  
quod Deus ipse in propria persona  
hoc ipsum consuluit. Sexto, quod ipse  
id fecit. De alijs autem infra dicetur.

*Iohann. 8.*

*Quod propter bonitatem Dei, & eius  
amorem, induci debeat homo ad  
mundi contemptum. art. X.*

*Esa. 26.*

**N**omen tuum & memoriale  
tuum Domine in desiderio  
aniræ. Anima mea deside-  
rauit te in nocte, sed & spiri-  
tus meus in præcordijs meis, de mane  
vigilabo ad te. Cum bonum sit appe-  
titus obiectum, sicut Deus sublimis  
est bonitas, pura, immensa, perfecta; sic  
ipse est in infinitum desiderabilis at-  
que amabilis, ita ut eum præ omni-  
bus incomparabiliter amare debea-  
mus.